

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Monitoria Directio Pro Ordinandis, Eorundemque  
Examinatoribus, animarum Curatoribus, & Religiosis  
secularium Confessariis**

**Agostini, Giuseppe**

**Coloniae Agrippinae, 1663**

Ordinandi quando, & ubi comparere debeant ad examen; & quales ad  
examen non admittendi, n. 26.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9994**

(a) c. cum secundum, c. tuis, de præbend. Concil. Trid. sess. 21. de reform. cap. 2. Statuta V Valrami Archiepiscop. Coloniens. cap. 20. pag. 129. Concil. Provinc. Colon. sub Hermanno V. p. 1. cap. 30. pag. 347.

*Ordinandi quando, & ubi comparere  
debeant ad examen: & quales  
ad examen non admit-  
tendi.*

XXVI. Quotquot aspirant ad pri-  
mam tonsuram, vel ad Ordines mino-  
res seu maiores, se cum requisitis docu-  
mentis fstant Feria secunda, vel tertia  
post prandium, sive manē Feriā quartā  
vel quintā ante ipsam ordinationē in, &  
nomina sua inscribi procurent in domo  
Vicarii nostri in Pontificalibus Gene-  
ralis, ut præhabitā ab eo in scriptis licen-  
tiā, dcinde juxta præscriptum Conciliū  
tam Generalis Tridentini, quam Pro-  
vincialis ac Synodalis Coloniensis,  
horā & loco ad id constitutis, exami-  
nentur.

nentur. (a) Ad examen verò nulli patet adit<sup>9</sup>, qui non honesto fuerit induitus habitu, & conveniente pro Ordinis sui ratione tonsurâ insignitus Clericali.

(a) Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 7. & 12. in fin. Concil. Provinc. Colon. sub Hermanno V. p. i. cap. 22. 24. & 25. & sub Adolpyo III. Archiep. Colon. Medio 2. cap. mandamus ut, &c. pag. 432.

Ordinandorum examini Vicarius in  
Pontificalibus Generalis interesse  
debet, & præesse.

XXVII. Quoniam Apostolo præcipiente manus citò nemini imponenda est, (a) & ab ordinandorum examine prorsus pendet electio; cordi debent esse vel maximè Vicario Nostro Coloniensi in Pontificalibus Generali, tanquam huic muneri in partem sollicitudinis Nostræ Archiepiscopalis potissimum delegato, ea, quæ ad examen hoc ritè instituendum, & ad principia sua

revo-